

diversos rhidmice casus narrantium, gesta canencium virorum forcium, fidicinum atque mimorum? heus quorsum habiit, que me totum et tantum habuit, superba delectacio in vestibis sumptuosis, in lascivis equis, faleris, sellis, calcaribus et frenis aureis, in multivago spaciato camporum, pratorum, nemorum, velocitate, sagacitate resonoque latratu canum venancium, fuga leporum, aprorum impugnatione, persecutione cervorum, in ludo volucrum, discretis locis et temporibus suis militancium, et alias pede predantium, in dulcisoni blandimento garritus alterius generis avium, in disponendis temporibus, multiplicandis rebus, acquirendis redditibus, adipiscendis honoribus, in meditatione¹ carminum atque dictaminum, disputationibus arcium studioque librorum, in variis excessibus fragilitatis humane, in multipharia specie vanitatis et appetitus inanis glorie?’

Am Schluss folgen Distichen, aus welchen wir auch den Namen erfahren:

Flos michi spes fructus, semen, spes utilis herbe,
 Arboris insicio, fons michi spes fluvii,
 O vini spes uva michi, spes messis arista,
 O puer egregii spes michi magna viri,
 O generis sublime decus, Rainaude, meeque
 Altera pars anime, cor michi cordis ave!
 Te tuus ille suum quo debet amore salutatur,
 Cuius es ex sibi te dante sorore nepos.

u. s. w.

33 (fol. 122) an denselben, welcher trotz seiner Jugend schon Archidiaconus ist: ‘tam indole quam sobole nobilis archidiacone, et dilectissima michi karissime simul et clarissime nepos ex sorore’. Obgleich durch weite Entfernung von ihm getrennt, liebt er ihn doch sehr und giebt ihm guten Rath. Wieder liegen die beiden Wege vor ihm, welche uns schon öfter begegneten, weitere Vertiefung in das Studium oder Bewirthschaftung der ererbten Besitzungen. Will nun Rainaud sich fern von der Heimath noch ferner der Wissenschaft widmen, so möge er sich nur vor den Abwegen hüten, welche ihm mit der Schilderung des leichtfertigen und des faulen Studenten sehr anschaulich vorgeführt werden. Er aber möge nie vergessen, wer er sei und woher er stamme, und da kommen wir denn wieder auf den schon bekannten Stammbaum (s. oben S. 79 ff.).

‘Te vero recolens quis sis, et a quibus originem ducas, ad agenda que generi tuo conveniunt, precordialiter precor animum ut inducas. Nam ad specialem quandam et supereminentem invitat te gloriam probitatis, non tantum quod ex nobilibus, sed precipue quod ex materna de imperiali pariter

1) ‘medicione’ Hs.